Quod totum dividi potest per $4ax + 4bx$ et manet.

$xx + \frac{3}{2}ax - \frac{3}{2}bx + \frac{1}{2}aa - 2ab + \frac{1}{2}bb = 0$.

Sive

$xx + \frac{3}{2}ax - \frac{3}{2}bx = -\frac{1}{2}aa + 2ab - \frac{1}{2}bb$.

vel quod idem est.

$xx + \frac{3ax - 3bx}{2} = \frac{+4ab - aa - bb}{2}$.

Jam ut habeatur $x$. adde quadratum semis coefficientis, id est $\frac{3a - 3b}{4}$ ad quantitatem post signum $=$. positam, nimirum ad $\frac{+4ab - aa - bb}{2}$

Sumatur ergo primum quadratum de $\frac{3a - 3b}{4}$.

Eritque illud $\frac{9aa - 18ab + 9bb}{16}$.

Huic ut addi queat $\frac{+4ab - aa - bb}{2}$ redigatur prius ad eandem denominationem,

Eritque $\frac{9aa - 18ab + 9bb}{16}$ et $\frac{-8aa + 32ab - 8bb}{16}$.

unde summa erit $\frac{+aa + 14ab + bb}{16}$.

Ab hujus quantitatis $\frac{+aa + 14ab + bb}{16}$ radice subtrahe semissem coefficientis, et habebis $x$.

$x = -\frac{3a + 3b}{4} + \sqrt{\frac{aa + 14ab + bb}{16}}$.

8vo. Quia vero $x$ numerus rationalis esse debet, necesse est, ut quoque $aa + 14ab + bb$ rejecto denominatore sit numerus quadratus, quocirca ut hoc obtineamus, ponimus

21